

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De præcepto audiendi sacrum diebus. 16

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

## De precepto audiendi Sacrum dieb. fest.

sic minus compellere poterunt, cum irrationalibus, & iniusta præsumuntur. Adde authenticè decidere quæ sit rationabilis, & iniusta voluntas in designando Missarum stipendio ad eam potestatem pertinet, cui pertinet stipendiū designationis. At constat hanc designationem sibi Ecclesiastica potestati competere. Ergo seculari potestati nec taxatio iusti stipendiū, nec Missarum numeri diminutio compete potest. Ex his constat solutio tertia rationis. Nam esto Rex concedere legem possit, ne sacerdotes ad Missas dicendas obligentur a secularibus nisi concessum stipendio quod ab Ecclesia iustum fuerit indicatum; iudicare authenticè in casu dubio quod stipendum iustum ab Ecclesia conatur, non regi, sed Ecclesia, cuique Pratalis competit. Sed demus stipendia in anniversariis, & capellanis designata euidenter esse minoria infinito iusto, eo casu sacerdos, cui onus celebrandi titulo capellanie, vel anniversarii obligatione suscepit competit, non auctoritate sacerdotis potestatis, que nulla est, sed propria ex iure quod habet se indolem seruando, Missas ad minorem numerum reducere poterit iuxta probabilem sententiam p. 24. relatam. Quod sane permitterem casu quod adire non posset Ordinarium, qui stipendium taxaret, & Missas ad minorem numerum reduceret. Sed quia hoc moraliter contingere non potest, id est censio capellanum, dum capellaniam retinet, neque Ordinarium adit, qui numerum Missarum diminuat obligatum est, integrè prædicto oneri satisfacere, quia voluntariè eam obligationem subit capellaniam retinens, & Ordinarium non adiens. Ad quartum. Admittamus gratias rationes testamentorum apud regios ministros dari posse. Huic tamen potestati accessoriū non est stipendia Missarum taxare, & illarum numerum à testatore præscriptum minuere, sed tolum est accessoriū eam stipendium taxationem, & Missarum diminutionem ab Epiloco faciendam procurare: alias qui ex testatoris dispositione rationes capellanie sumeret, potestatem haberet ea stipendia taxandi, & Missas diminuendi, quod consuetudini, praxique receptæ contrarium est.

## P V N C T V M X VI.

## De precepto audiendi Sacrum festis diebus.

1. Quæ sit materia huius precepti.
2. Explicatur præsentia humana.
3. Qualiter vagatio mentis hanc præsentiam impedit.
4. Satisfaciens præcepto fundens orationes sive voluntarias, sive obligatorias.
5. Integro sacrificio assistere debes, neque pores absque gravi culpa notabilam partem omittire.
6. Quo si notabilis pars maximè posse incuptum Canonem.
7. Quid si recedas a sacrificio, ut necessaria deferas.
8. Posse ab uno sacerdote dimidiā Missam, & postmodum ab alio aliam dimidiā audiri, firmant communiter Doctores.
9. Extenditur a Bonac. ebo simul contingat. Sed displicer extenso.
10. Hoc præceptum quibus diebus fideles astringat.
11. Quas personas.
12. Quo in loco.
13. Quid de licentia, quam Ordinarius concedere solent celebrandi in priuatis Oratoriis sub obligatione, ne extranei Missa præcepto satisfaciant.
14. Ob periculum Missa omittenda sapè contingit peccatum mortale.

1. **M**ateriam huius precepti esse præsentiam humanam, & religiosam sacrificii Dominicis, & festis diebus peragendo constat ex cap. missas. cap. omnes fidèles de confessat. dīsp. 1. & tradunt omnes: quia præcipitur actus humanus in Dei honore, & cultum. Dicitur humana præsentia, si sensu aliquo percipit quid in sacrificio agatur, viri bene docuit in alio simili Sanch. lib. 5. de matr. dīsp. 13. num. 9. & 11. Dicitur religiosa, si ea præsentia ex se in Dei cultum cedat. Et licet Angel. verbo feria num. 24. cenfar haec materiam gravis obligationis non esse, audiendus non est: quippe ceteri omnes Doctores merito contradicunt, affirmantes huius præcepti transfigurationem peccatum mortale constitutum: est enim defectus in maximo cultu, & honore, qui Deo exhiberi potest.
2. Ex præsentia humana, & religiosa requisita sit, si dormiens, vel ebrius sacrificio assistens, præcepto non satisfacatur; quia humano, & religioso modo non assilvis, & docent omnes. Item si luci, illicque circumpiciens, & forte per totam Missam colloquia miscens, quia sua præsentia religiosa non est, sicut esset si interrupimus aliqua verba misericordes, vt dixit Egid. de Coninch. q. 8. art. 6. dub. vn. numer. 298. Quocirca mihi dīplicet sententia Sotii, in 4. dīsp. 13. q. 2. art. 1. in fine. Ioan. Med. tract. de confess. quest. de penitentia tempore

*Missa implenda, affirmantur colloquia etiam turpia execrationem huius precepti non impedit, quibus non leviter faciat Nauarr. cap. 15. num. 17. & cap. 21. num. 6. Azor. 1. p. lib. 7. cap. 5. Suar. dīsp. 88. scđ. 3. Bonac. dīsp. 4. de sacram. q. vlt. pun. 1. num. 24. quatenus censet raro confabulationes in Missa, & aspicientes circumstantes præceptum audiendi Sacrum violare, quia non solent ea confabulationes continuas esse per totam Missam, neque de rebus certis, quae moralem, & humanam præsentiam impedit. Etenim si confabulationes sint per notabilem Missa partem, tametsi non impedit moraliter præsentiam, siquidem confabulantes de gestis in sacrificio testari possint; impeditum tamen religiosam præsentiam, qua certe confabulare non potest cum fabulatione vanâ, & fortiter turpi. Quod si dicas inde inferri, si assistas Missa sacrificio vestibus te induens, vel aliam quamlibet exteriorum actionem exercens non satisfacere præcepto, tametsi de gestis in sacrificio testari optimè possis. Quod est contra communem sententiam, de qua Nauarr. de orat. notab. 3. numer. 49. Graffis lib. 2. decif. cap. 35. numer. 9. Henrīq. lib. 9. cap. 25. num. 6. in comment. lit. 1. Bonac. dīsp. 4. de sacram. q. vlt. p. 11. num. 24. Deinde inferri, si assistas Missa ob prauum finem in aspiciens faminas præcepto non satisfacere, de quo Henrīq. num. 4. Nauarr. cap. 21. num. 10. Suar. dīsp. 88. scđ. 3. Bonac. num. 21. quia in his videtur religiosa præsentia de medio tolli. Negandū est enim si actio exterior etiam in templo facta per se indecora non sit, & ex alia parte non te impedit sacrificanti attendere, humanæ, & religiosæ præsentia non contradicit, ac proinde non obstat, quin illam exercens satisfacias Missa præcepto. Minus obest, quod ex prauo fine Missa assistas, nam prauus finis non impedit præsentiam exteriorum ex se religiosam esse, tametsi illam impedit simpliciter, & perfecte esse religiosam, quod ad præceptum exequendum requiritum non est, ut dicemus.*

3. Sed an vagatio voluntaria mentis circa profanam, & turpia hanc religiosam, & moraliter præsentiam impedit? Affirmant ut probabilius Azor. lib. 7. cap. 5. q. 2. Bonac. dīsp. 4. de sacram. q. vlt. pun. 11. n. 4. Layman. lib. 4. sum. tract. 7. c. 3. assert. 2. Et mouentur, quia stante hac voluntaria vagatione præsentia moralis, & religiosa non videatur posse confundere. Ceterum sub distinctione respondeant. Si vagatio mentis ita intensa sit, ut ob eam impediatur aliquatenus cognoscere quid à sacrificante agatur (quod raro contingit) nequaquam præcepto audiendi Sacrum satisfacis, quia solūm corpore, non tamen mente præfens es: hac enim de causa dormiens, vel ebrius assistens præcepto non satisfacis, quia de iis, quæ aguntur in sacrificio reddere rationem non potes. At si voluntaria vagatio non te impedit ab ea attentione, quia possis esse testis sacrificij peracti, credo non impedit præcepti executionem. Quia materia huius præcepti solūm est externa sacrificij præsentia moralis, & de religiosa. Hæc autem confundere potest, tametsi mens vanis, imo turpibus cogitationibus occupata sit. Ergo. Et confirmari potest, quia si vagatio involuntaria sit, omnes Doctores consentiunt. Suar. dīsp. 88. scđ. 3. circa med. præcepti executioni non repugnare. Signum ergo est ex vagatione mentis regulariter præsentiam moraliter, & de religiosam non impediti. Etenim si hæc præsentia vagatione impeditur, tametsi inuoluntaria esset, nullatenus ea stante præcepto satisfacres, si tamen non satisfacres, si inuoluntarie dormires, sed aliud Sacrum si posset, audire deberes, latius prosequitur Egid. de Coninch. q. 8. art. 6. dub. vn. n. 102.
4. Hinc inferitur à fortiori ut optimè satisfacere posse præcepto audiendi Sacrum, sive preces voluntarias, sive ex obligatione recites, secundum docent Nauarr. cap. 21. num. 8. Suar. dīsp. 88. scđ. 3. in fine. Henrīq. lib. 9. sum. tract. 7. cap. 3. vers. tertium. Bonac. dīsp. 4. de sacram. q. vlt. pun. 11. numer. 25. Quia ea recitatione moraliter, extername, & religiosam præsentiam non impedit.

Sed an eam præsentiam impedit, si tempore Missa peccata fatentur, vel ad illa fatenda conscientiam reuoluerit? Affirmat Bonac. dīsp. 4. de sacram. q. vlt. pun. 11. num. 26. in nova edit. adducitque Suar. & Azor. Sed immixti ut dicemus. Mouetur, quia auditio Sacri præcipitur per modum orationis, at qui si uam conscientiam examinat, & peccata fatetur non orat. Non igitur rem præceptum facit. Ceterum verius est conscientia examen, & peccatorum confessionem non impedit, quia præcepto audiendi Sacrum satisfacras, siquidem simili cum conscientia examine, & peccatorum confessione attendere potes quid in sacrificio agatur, & qua attentione posita præfens es moraliter, & religiosè sacrificio. Satisfacis ergo præceptum, sicut satisfacere posles, si confessiones in templo audires. Atque ita sustinet Reginald. lib. 19. numer. 14. in fine. Mollesius tract. 3. cap. 17. numer. 45. Neque contradicunt Suar. & Azor. Solūm enim dicunt ob peccata fatenda non esse omittendam Missam, quod regulatiter verissimum est: at non negant conscientem peccata simili posse sacrificio interfesse, & virisque obligationi satisfacere. Secundum infertur opus non esse, ut huic præcepto satisfacias, sacerdotem audire, vel videre, sufficit si ex signis cognoscas

cognoscas qui agatur. Non enim vito, seu auditio praecipit, sed moralis, & humana præfentia, que seclusa vitione, & auditione confestere potest, sicuti bene docent Navarr. cap. 21. n. 8. Tolet. lib. 6. cap. 6. Coninch. quæst. 83. art. 6. dub. vn. num. 299. & 300. Layman. lib. 4. tract. 7. cap. 3. post. pinc. Vnde excus, & surdus Missæ interesse debent quia humano modo prætententes esse possunt, & tradit Bonac. disp. 4. de facram. quæst. vlt. pun. ii. num. 19. Qui vero simul excus, & surdus eset, non video qua ratione humanam præfentiam exercere possit.

Qualiter autem ad humanam præfentiam libertas requisi-  
ta sit, queue intentio facili faciendo præcepto, latè diximus  
tract. de legi. disp. i. p. 17.

5. Hæc humana, & religiosa præfentia integro sacrificio esse debet, sicuti colligitur ex cap. missæ, cap. omnes fideles de consecrat. dist. 1. Nam Concil. Agathenæ relatum in cap. missæ inquit: Die Dominicæ facultibus totas (id est integras) audiens speciali ordine præcipimus, ita ut ante benedictionem consecrationis egredi populus non præsumat. Quod si fecerit, ab Episcopo publicè confundatur: Quo: irca si nota-  
bilem partem omittat, omnes Doctores centent se mortaliter peccaturum, quia præceperunt graue in re gravi violas, si leuem, venialiter peccaturum. Solum inter Doctores est differ-  
entia in assignanda parte notabilis. Et quidam si tertiam, vel quartam portem illius omittat, sine dubio censendum est par-  
tem grauem omisisse: v. g. si omittentes initium Missæ vñque ad Euangelium exclusuerint, & orationes post communionem, Secus si audita Epistola post communionem discesserint, vñ  
docentes communii sententia Suar. disp. 88. sect. 2. Ægid. de Coninch. quæst. 83. art. 6. dub. vn. num. 285. Quod si finito Euangeli accedas, & afflitas vñque ad Euangeliū Ioannis inclusiue, probabile reputant Suar. dicta sect. 2. Navarr. cap. 21.  
num. 2. Eman. Sa. verbo missæ auditio. num. 2. Henr. lib. 9.  
cap. 25. num. 7. Layman. lib. 4. sum. tract. cap. 3. circa finem.  
Bonac. pun. ii. num. 17. tñ mortalis peccati rem non esse,  
quia vñstimum Euangeliū Ioannis iam pars Missæ esse vide-  
turcum autem dupli Euangeliū afflister non videaris obli-  
gatus: præcipue cum antico tempore finita benedictione re-  
cedere omnes possent, per præfentiam Euangeliū Ioannis  
videris defecuti prius Euangeliū compensari. Et licet  
Navarr. Eman. Sa. Henr. & alij existimant se debere Euangeliū  
prætermisum postmodum legere, vel audire, sed re-  
cius Suar. dicta sect. 2. & Azor. lib. 7. cap. 3. q. 2. censem  
hanc lecturem, vel auditionem nullius considerationis esse,  
quippe non est pars Missæ, & sola Missæ audiū præcipitur, &  
conquerenter que illius fuerint partes.

6. Post incepsum Canonem vñque ad communionem mi-  
noris partis omisso grauior materia censenda est, nam vt be-  
ne inquit Suar. disp. 88. sect. 2. verf. ultimo denique, in iis  
non tam est spectata mora temporis, quam dignitas rei  
omisæ ob propinquitatem ad essentiam, & integratam sa-  
crificij. Quocirca si tempore consecrationis, & consump-  
tione templo exires, tametsi reliquis partibus Missæ afflisteres,  
sine dubio præcepto non satisfaces, quia ab soluè sacrificio  
præfens non fuitis, sacrificij namque essentia, & integritas in  
consecratione, & consumptione sita est. Quod si consecratio-  
ni afflister omittens consumptione, vel è contra Suar. loco  
allegato, quem sequitur Layman. lib. 4. sum. tract. 7. cap. 3. in  
fine, te exefat à mortali, eo quod hac moraliter iudicanda  
sunt, neque satis constat in qua ex illis actionibus essentis sa-  
crificij sita sit. Sed rectius Coninch. quæst. 83. art. 6. dub. vn.  
num. 285. Didac. Nunz. ibi dub. 2. post. 3. conclus. Henr. lib.  
cap. 25. num. 7. Bonac. disp. 4. de facram. quæst. vlt. punct. 11.  
num. 14. te peccati mortalis damnant, quia esto non confest  
in qua ex illis partibus substantia sacrificij sita sit, at constat  
vramque ad essentiam, vel ad integratam (sacrificij) pertinere.  
Qui autem elemosia, vel integratam sacrificij assisterem  
omittit, censeri non potest leuem sacrificij patrem omisso. Fac-  
ilius autem admitterem omissionem oblationis verbalis ante,  
vel post consecrationem factæ, alteriusve cuiuslibet orationis  
ex Canone leuem materiam esse.

7. Si autem pro deferendo vino, thure, afflisque ad sacrificium necessariis à sacrificio recedas, credunt Sylvest. verbo  
missæ, quæst. 2. Navarr. cap. quando. de consecrat. dist. 1. notab.  
10. num. 19. Henr. lib. 9. cap. 25. num. 8. Eman. Sa. verbo  
Missæ auditio. num. 2. alijque Doctores te præcepto satisfac-  
tes, quia esto physice recedas, moraliter recedere non censem.  
Siquidem causa sacrificij recedis, & dum recedis, sacrificio inferius. Placet tamen limitatio, quam adhibet Bonac. disp.  
4. de facram. quæst. vlt. pun. ii. num. 18. Fagund. de primo Ec-  
cles. præcepto, lib. 2. cap. 6. num. 10. vt intelligatur dummodo  
ab Ecclesia non recesseris nisi ad breue tempus, alias nefcio  
qua ratione censeri posses præfens sacrificio, quantumvis ob  
illius causam recesseris. Non enim præfentia moralis cum ab-  
sentia moralis confestere potest. Qui autem à templo recedit  
etiam occasione deferendi sacrificio necessaria, absoluè ab-  
sens est non solum physicè, sed moraliter à sacrificio: non  
igitur illi præfens esse potest.

8. Posse ab uno sacerdote dimidiā Missam audiri, & poft  
modum ab alio aliā dimidiā, & sic præcepto satisficer  
doct. Navarr. cap. 21. num. 2. Tolet. lib. 6. cap. 7. in fine:  
Eman. Sa. Missæ auditio. num. 2. Layman. lib. 4. tract. 7. cap.  
3. in fine. Bonac. disp. 4. de facram. quæst. vlt. pun. 11. num. 13.  
Ægid. de Coninch. q. 83. art. 6. dub. vn. n. 286. & alij, ob quo-  
rum Doctorum autoritatem est probabilis hæc sententia, &  
secura. Nam esto illa partes independentes sunt, neque unum  
sacrificium constitueri possint, id est que illis afflisteris nequa-  
quam integro sacrificio propriè, & in rigore afflisteris attamen  
ex benigna Ecclesiæ interpretatione communi Doctorum iu-  
dicio approbata, reputanda sunt partes unum sacrificium  
componentes, quoad effectum audiendi Sacrum, & satisfa-  
ciendi Ecclesiæ præcepto.

9. Hanc doctrinam extendit Bonac. dicta disp. 4. quæst. vlt.  
pun. 11. num. 13. ad eum, qui sinal duorum sacerdorum sacri-  
ficiū dimidiatum audit, sicuti contingit, cum unus sacer-  
dos consecrat, & altus sacram incipit, si vñque ad huius con-  
secrationem afflitas credit te præcepto satisfacere. Mouetur,  
quia vñque parti attendere optimè potes. Vnde obligatus  
audire tria sacra ex penitentia satisfacere potest, si eodem  
tempore trium sacerdotum sacrificii afflitas, vñi docuit alij  
relatis Sanch. lib. 1. sum. cap. 14. num. 12. Graffis. lib. 2. de eccl. cap.  
35. num. 4. Scoria de sacrificio lib. 2. cap. 20. num. 10. Neque enim  
diuersitas temporum (vt inquit Sanch.) est in præceptis spe-  
ctanda, sed res præcepta, qua si intra idem tempus mandari  
executio potest, diuersitas temporum non requiritur. At res  
præcepta scilicet Missæ audito præstari potest, tamen si  
stremis pars Missæ codem tempore cum priori celebratur, si  
quidem vñque præfess esse potest, sicut si diuerso tempore  
celebreretur. Ergo.

Sed displiceret hæc extensio, quippe communi Doctorum  
sententia adulteratur, vt videte est apud Ægid. de Coninch.  
q. 83. art. 6. dub. vn. n. 288. Didac. Nunz. ibi dub. 2. respons. ad 3.  
Mofels. in sum. tract. 3. cap. 17. num. 36. Regin. lib. 19. num. 26.  
Layman. lib. 4. sum. tract. 7. cap. 3. in fine: Nam hic modus sicut  
& præcedens satisfaciendi præcepto ex natura rei insufficiens  
est, siquidem illo posito Sacro propriè non intereat, sed par-  
tibus duorum Sacrorum Sacrum non componentibus, est tam-  
en sufficiens ex permissione Ecclesiæ si Sacri auditionem accep-  
tans: at nullum est fundamentum, vt alseramus Ecclesiæ accep-  
tare Sacri auditionem media ex parte simulacione, bene tamen successiuam. Quinimo contrarium non le-  
uiter colligitur ex eo quod nullus Doctor præter Bonac. hanc  
simultaneam auditionem approbauerit, & plures eam expre-  
sè reiecerim successiuam approbantes. Ergo, &c. Neque ratio  
qua mouetur Bonac. vrget. Factor namque vñque parti simul  
attendere posse, sed quia non est attention ad unum sacrificij  
partes, sed ad partes sacrificiorum, ea de causa non est Missæ  
auditio propriè loquendo, neque ex permissione Ecclesiæ cum  
nullibi confest talis permisso. Et ad probationem concedo  
diuersitatem temporum in præceptis non spectari, sed rem  
præceptam, nego tamen assistentiam ad duplicitem partem  
Missæ dieram codem tempore celebratam præcipi sub  
præcepto audiendi Sacrum, sed ad summum, vi permisso sub  
diuerso tempore fiat ex benignitate Ecclesiæ. Exemplum au-  
tem adducimus de eo qui tria sacra codem die tenetur audire,  
tum ex penitentia, tum ex voto, tum ex præcepto est diuersum.  
Nam si illa Sacra, simul celebrentur, illisque afflitas pro-  
priè, & in rigore tria sacra audiri, secus vero afflisteris duplicit  
Sacra media ex parte.

10. Ruris hæc obligatio omnibus diebus tam dominicis,  
quam festiū fideles astringit. Nam licet in cap. Missæ de  
consecrat. dist. 1. solum de diebus Dominicis præceptum la-  
tum sit, confutudo Ecclesiæ ad alios dies festiū obligatio-  
nem extendit, iuxta textum in cap. si quis. exp. & hoc cap.  
omnes fideles. cap. qui die eadem dist. & cap. 2. de Parochia.  
Solum de feria 6. parœcues est aliqua difficultas, an teneatis  
eo die sacro interesse, si festum Annunciationis occurrat? Af-  
firmat Valq. disp. 232. cap. 2. num. 18. quia illud officium  
loco Missæ habendum est. Vnde obligati Sacrum audire te-  
nent officio illius diei interesse ab eo pondato in quo sacra-  
mentum reconditum in altari collocarū à sacerdote consum-  
dum. Contrarium non censeo improbatum. Non enim præ-  
ceptum audiendi Missam obligare potest eo die, quo Missa ne-  
quit celebrari. Neque ex prædicto præcepto obligatio esse po-  
test afflendi officio illius diei, cum sit officium longè diuer-  
sum à sacrificio. Præterea sunt aliqui dies festiū ex statuto,  
confutudineque alius loci, tamen alibi non sunt, & tunc  
incolē illius loci illius obligatione astringuntur, quatenus in  
illo loco existunt, secus si ab illo loco tempore obligationis  
recedunt. Sicuti ex probabili sententia defendi tract. 3. de  
leg. disp. 1. punct. 2. & 5. Peregrinos, forenses, & va-  
gos ibidem existentes docui prædicta obligatione teneri dis-  
cio punct. 2. & 5. & seqq. tamen contrarium sit satis pro-  
babile.

11. Quoad personas attinet: omnes vñrisque sexus fide-  
les si rationis vñsum habeant prædicto præceptio ligantur, ve-  
re expreſſe

- expresē colligitur ex cap. omnes fideles. cap. cum ad celebrandum de consecrat. dift. 1. & ex vsl. praxique Ecclesiæ, sicut videre est apud Nauart. cap. 21. num. 1. Henr. lib. 9. cap. 15. n. 1. Sanchez lib. 1. sum cap. 12. num. 10. Suar. disp. 88. sec. 4. Egid. de Coninch. quæst. 83. art. 6. dub. vno nam. 286. Bonac. disp. 4. de sacra. q. 11. a n. 7. & alios.
12. Locus pro Missa audiendi parochia fuit ex multorum Canonistarum sententia, iuxta cap. vi dominicæ. De parochiis. Et cap. si quis etiam de consecrat. dift. 1. At consuetudine figuratum est nullum locum esse determinatum, saeque Trident. sess. 22. decreto de obseruand. in celebraz. Missar. quatenus solum ex consilio, & monito Episcoporum obligari sunt fideles ad proprias parochias accedere. & ita tanquam certum tradunt post alios Suar. disp. 88. sec. 2. p. 2 med. Barbos. alleg. 24. n. 17. Quinimo non possit Episcopum præcepto excommunicatio ne, aliae censura cogere fideles ad audiendum Missam in propria parochia aferit ex præcepto Episcop. 2. p. verbo Missa. §. 6. Barbosa *sapra*. Etenim Episcopus turi communi, & priuilegiis à Sede Apostolica concessis derogare non potest. Cum ergo cuiilibet fidelis iure communis concessum sit quolibet loco posse præcepto audiendi Sacrum faci facere, nequaquam poterat Episcopus contrarium velle, maximè si fideles in Ecclesiis mendicantium sacram voluerint audire. Habet enim Mendicantes priuilegium declarans quolibet fideles ibidem Sacrum audience præcepto faci facere, neque impedit posse, vt ex Leone X. refert Barbosa *dicit. alleg.* 24. num. 20. Neque huic doctrina obstat, quod possint fideles occasione verbi diuinu audiendi obligari ad parochias accedere, qui non obligantur, vt Missa præcepto faci faciant, sed vi in necessitatibus, & vtilibus ad salutem intrinsecus à suis parochiis. Quia etiam ratione obligari regulares possint ab Episcopo, vt in suis conuentibus diebus Dominicis in Missa conuentuali declarent populo qua festa, & ieiunia in ea hebdomada occurruunt, ne propter ignoranciam contingat ecclæsticæ præcepta violari, vt bene adiutorit Eman. Rodrig. t. 1. regal. q. 43. art. 7. & ex illa Barbos. d. alleg. 24. n. 21.
13. Solum est difficultas an de licentia, quam Ordinarij, solent concedere celebrandi in priuatâ oratoriis. Etenim ex præscripto sacra Cögregatiōn habetur teste Quaranta verbo missa. vers. quanta. Mollefo. tral. 3. cap. 17. num. 70. Ordinarios sub hac forma concedere facultatem debere, vt soli familiares domus Ecclesiæ præcepto faci faciant ibidem Missam audiendo, fucus extranei. Ex qua concessione videtur inferri extraneos ibidem Missam audience præcepto Ecclesiæ non faci facere, sicut non faci facient præcepto communandi tempore Paschatis, si ibidem communicarent, sed necessarij obligari sunt ad propriam parochiam, vel regularium Ecclesiæ accedere. Atque ita sustinet Bonac. disp. 4. de sacram. qu. vlt. pun. 12. num. 4. Sed fateor hanc doctrinam mihi difficile esse. Nam si iure communis spectato non affterris Missam in determinato loco audire, sed liberum tibi est quilibet in loco sacrificio interesse. Si de facto in priuatâ oratori Missam audias, præcepto Ecclesiastico faci facias, quia rem præceptum exequaris quantumvis nollet Episcopus te audiendum sacram in priuatâ Oratori præcepto faci facere. Non enim ipse impedit potest præcepto faci facitionem; si illius executionem non impedit. Secus procedit in communione paschali, cum iure communis in proprio parochia facienda sit. Quocirca credere prædictum priuilegium sub illa forma concessum sic esse explicandum, vt non audiencest sed celebrantes affringat, ita vt nemini ibidem concedatur pores celebrandi, nisi aliquis ex familiaribus vellet ibidem diebus Dominicis, & festiuis audire, vt præcepto Ecclesiæ faci faciat.
14. Ad extremum aduerto sapere contingere te audisse Missam, & tamen peccasse mortaliter contra hoc præceptum, eo quod voluntarii commorari suisi tanto tempore, vt te expofutis periculo moraliter non inuenienti Sacrum, tametsi calu euenerit inuenisse, quod non impedit quin à principio peccalles. Econtra vero contingit te non audire sacram, nec tamen peccasse mortaliter, qui per te moraliter non fecit quin audires, sed sacerdoti sacram maturanti, & hora conueta non celebranti tribuendum est. Vnde confessari diligenter debet sibi in penitentiis examinandis, an inquam te expouerint periculo omitendi sacram, an co die, quo lacrum omiserunt, sacerdint quantum in ipsis fuit, vt audirent.

## P V N C T Y M V L T.

## De causis excusantibus à præcepto audiendi Sacrum.

1. Varie sunt causa.
2. Ex impotentiā spirituali sumitur sufficiens excusationis causa. Et qua hoc sit.
3. Secundo ex impotentiā corporali absoluta.
4. Tertio ex impotentiā morali.

5. Quarto ex titulo charitatis.
6. Quinto ex officio, se in se obediens.
7. Sexto ex confuetudine.
8. Septimo ex maiori utilitate, vel necessitate.
9. Octavo ex parte sacerdotis.
10. Omittens Sacrum ex impotentiā, vel malitia non tenetis alias precos loco Missa subrogare.

11. Variæ cause enumerantur, quæ huius præcepti transgressores liberant, de quibus latè Sors in 4. dift. 13. q. 2. art. 2. Nauart. cap. 21. Azor. lib. 7. cap. 7. Henriq. lib. 9. cap. 25. an. 10. Graffis 1. p. lib. 2. cap. 15. & 16. Bonac. disp. 4. qu. vlt. p. vlt.
12. Sed præ omnibus Suar. disp. 88. sec. 6. Ex quo ferè omnia dicenda mutuabimur.
13. Primum caput excusationis est impotentiā spiritualis id est ex causa spirituali proueniens, qualis esset, si fide data, & maxime iuramento obstat, vel ex legitimo superioris præcepto obligatus esset domi contineri. Item si excommunicatus, vel interdictus esset. Et licet negligens elles in abolitione censuræ procuranda, non obinde aduersus hoc præceptum peccabis; quia vt in tract. de excommunicat. latius dicemus. Et tract. 3. de legib. disp. 1. punct. 21. diximus ex vi huius præcepti non teneris impedimenta tollere, quæ illius executionem impedit. Etenim solum te obligat dum liber es, & expeditus, & docent in priori Nauart. cap. 21. num. 1. Azor. lib. 7. cap. 7. q. 1. Suar. disp. 88. sec. 6. num. 1. Henriq. cap. 25. n. 11. Saâ. Missa auditio num. 3. Bonac. plures referens disp. 4. q. vlt. p. vlt. n. 32.

14. Sed est difficultas an ex interdicto generali excuseris ab hoc præcepto, tametsi Bullam Cruciate, vel aliud simile priuilegium habeas? affirmat Stephanus Daulia referens victoriæ, & Canum, & aliquos viros doctos, s. p. de censur. dift. 4. sec. 2. dub. 6. concl. 2. Et probabilem reputat Eman. Saâ. Missa auditio num. 4. Mouetur, quia interdicto locali non solum sublatum est omnibus latè præceptum audiendi sacram, sed loco illius appositum præceptum contrarium, ne scilicet co in loco Missam audiendam. At eho per priuilegium ab hoc secundum præcepto eximantur, possintque sacrificio interfesse, primù præceptum, quod occasione interdicti sublatum est, non censuratur durante interdicto redire, ergo ad audiendum Missam obligati non sunt. Secus procedit in carcere detentis, si permettentur exire ad Missam audiendam, quia in carcere non censuratur carcere durare, neque carcer tollit præceptum audiendi sacram, sed suspendit illius executionem. Ex qua doctrina infert Stephan. Daulia habitatores aliquius loci, in quo appositum est interdictum, obligatos non esse alio in loco Missam audiare, quamus distançia alia sceluto interdicto non excusat a Missa ibidem audienda, quia interdictum locale tollit habitatores illius loci obligationem audiendi Sacrum. Sed rectius Suar. disp. 88. sec. 6. num. 2. Bonac. disp. 4. de sacram. q. vlt. pun. vlt. num. 2. 4. aliquid communiter negant te excusatum esse; quia interdictum locale nulla alia ratione censetur tollere præceptum audiendi Sacrum, nisi quatenus prohibet illius auditionem. At habentibus Bullam Cruciate, vel simile priuilegium, non prohibet Missa auditionem, vt de se constat. Ergo habentibus Bullam non est sublatum prædictum præceptum, ideoque obligatio audiendi Sacrum non ex priuilegio, sed ex præcepto Ecclesiastico ortitur. Religiosi vero & clerici quia secundum ius commune cap. quod in te De patient. & remissione. & cap. quod. nonnulli de priuilegiis, non sunt comprehensii in locali interdicto, sed possunt diuina celebrata feruata moderatione, de qua in cap. alma mater de patient. & remissione. tenentur secundum omnium sententiam Missam audiare quia comparatione horum non est interdictum, seu prohibitory facta. Vnde ipsi potius dicentur non comprehendendi prohibitions, quan priuilegio vt. Nomine religio Nouitij, venient intelligendi, & nomine clerici, etiam prima tonsura insigniti, quippe est favor Ecclesiæ, & religioni factus. Vti docuit Nauart. cap. 25. n. 05. & cap. 27. n. 175. Sylvestri. Henriq. Et alij quos refert, & sequitur Aula sapra. dub. 4. concl. 3. & 4.

15. Secundum caput excusationis est corporalis absoluta impotentiā, qualis esset, si ob ægritudinem quam patens, vel ob carcere quo detinens, impotens esset adire templum, quia præceptum obligare non potest ad impossibile. Solum est aliquid dubitatio, an tenebris audire Sacrum, si vi priuilegiis ab hac impotentiā liberari possit. Exemplum est si priuilegium habeat domi, in nau, vel in carcere celebrandi, quo priuilegio utens poteris à prædicta impotentiā liberari, siquidem in carcere, vel in nau detenus, vel domi ægrotans Sacrum audire posses, dubium ergo est an tenebris? Dijac. Nuñez. p. 85. art. 6. versus finem. concl. 2. pag. 521. censet te obligatum esse, quia ex præcepto audiendi Missam obligatis media apponere quæ tibi grauia non fuerint, scitum non est priuilegio prædicti. Verius & probabilius est ab ha obligatione te esse exemptum, quia non tenebis vi priuilegio maximè odioso iuri communi contrario, & reuerentie sacramenti parum conformi. Media igitur qua ad executionem præcepti obligaris apponere, sive,